

**Rector Universitatis Rostochiensis Hinricus Dringenberg/ Hebreae Linguae ...
Profess. Publ. ... Ad Exequias, quas Viro Clarißimo Dn. Petro Meiero, Phil. &
liberalium Artium M. ... Parentes ... paratum ibunt, Cives suos Academicos serios
studioseq[ue] invitat : [P.P. sub sigillo Rectoratus, ipso Dionysii die, i.e. 9.
Octobr. 1668]**

Rostochii: Kilius, [1668]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770475051>

Druck Freier  Zugang



Dringenberg, H.,

in

P. Mejer.

Rostock, 1668.

32





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
/rosdok/ppn770475051/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770475051/phys_0003)

DFG



29

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HINRICUS *Springenberg*
Hebreæ Linguae, uti & Catech. Christ. Profess,
Publ. Facultatis item Philosophicæ
DECANUS;
Ad Exequias,
quas
VIRO Clarissimo
DN. PETRO
MEJERO,
Phil. & liberalium Artium M.
Filio suo charissimo,
lacrimis ac doloribus mersi
PARENTES
Hodiè horâ I. pomerid.
paratum ibunt,
CIVES suos **ACADEMICOS**
seriò studiosèq; invitat.



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr.



T gravem profectō, & non mi-
nutam cernere apud sapientem
Tragicum est orationem, ipsi
ad cives suos REGI habitam;
quā in ceteris cūm admirari
eum impensē, tūm etiam nimi-
operē queri videas, sic compa-
ratum cūm urbe Cadmeorum
esse, uti mox in ipsā illā audire sit pæanas, clarissima,
lætitiae argumenta; mox vici sūm gemitus, certissimos
calamitatum miseriarumq; indices. Enimverò ita
cum inter cetera loquentem introducit Sophocles: *πάλις νῦν*
μὲς θυμαράτων γέμει; *νῦν δὲ παιάνων πάρη στραγμάτων.* Nec vi-
deriverò debet, non nisi Thebarum, qui tum erat, sta-
tum depinxisse REGEM, sed respexisse quoq; ad con-
ditio nem generis mortalium, qualis ea & omni in loco
sit, & omni omnino tempore. Sanè enim nunquam
non ita vivitur, uti, cūm aliquando forte sit, quare
gaudeas, tūm è vestigio & antè, quām opineris, subse-
quatur, quod dolendi suppeditet, tristandiq; mate-
riem. Scilicet ut mare inquietum est semper & stare
nequit,

nequit, sic perpetuo fluxu ac refluxu feruntur hominum res, atq; hoc solum in iis certum est, quod nihil insit certi. Permutantur latitistria, & si quid optatius quam doq; contigit, mox exterere illud dolor aliquis & casus suavit, qui pro hesternâ jucunditate, hodiè meram nobis propinet amaritudinem. Varia certè hujuscemodi, quibus mortales cotidiè urgeamur, vicissitudinum capere documenta licet. Et in præsenti præcipue occurrit, quod miram adserto conciliet fidem. Ecce enim PETRUS MEJERUS, Philosoph. M. juvenumq; Studiosorum eximium exemplar, quum vivus valensq; foret, quum ad summa quæq; cursu contenderet, strenuâq; ad virtutem grassaretur viâ; quam incredibilem animi latitiam voluptatemq; eâ ex re percepisse credimus PARENTES OPTUMOS! Nunc cum tantas illi sibi spes & delicias ademtas, Filiumq; funere mersum intelligunt, ecce! mutatur rerum facies, animumq; implere luctu, faciem lacrimis rigare incipiunt, qui non ita pridem toti positi in gaudio erant. Hinc adeo de vita nos etiam nostrâ præsens locus commodum admonet: Quæ quam caduca, quam fragilis, quam parum sui certa sit, tum elucet potissimum, cum floridissimis quibusq; & maximè integris adimitur. Nam cum incana capita, & longo senio inclinati viri deceperunt, videntur illi jam confecisse spaciun, esseque admoti ad lineam illam, ultra quam cursum porrigere sit nefas: at verò qui primâ aut adolescente ætate, aut quæ jam maximè sui plena est, extinguntur,

tingvuntur, multò hos quidem per naturam diutius
vivere potuisse existimaveris. Quid DN. MEIERO
nostro non quidem corporis habitu (qui nō admo-
dum firmus constansq; inerat) sed ætate florentius fuit?
Et tamen, quod putare paucissimi poterant, jacet is
jam, mortis resectus falce, relatusq; adeo in eorum
est numerum, qui esse desierunt. Nempe nullam
temerè sibi figi mors patitur legem; cui maturum et
iam est, quod vix jam natum. Non tempus ullum, non
personam respectat: ac sicut destinata est omnibus,
ita ex æquo etiam omnibus incubit. Ceterum nos
jam nunc FUNCTI historiam compendio pertexe-
mus. Natus is est Rostochii, currentis seculi anno secun-
dō & quadragesimo die 27. Octobr. Patre quidem Viro
honoratissimo atque integerrimo HEINONE MEIE-
RO, Cive ac Negociatore primariō, ut & inter Rostochienses XVI.
Viro estimatissimo. Matre verò MAR-
GARITHA Schröderh / sexus sui Matrona ornatis-
simā. Avus paternus fuit HINRICUS MEIER, Civis
atque Mercator Hamburgensis. Avia paterna CA-
THARINA von Brühlen. Avum maternum habuit
PETRUM Schrödern / Civem pariter ac Braxatorem
Rostochiensem: Aviam vero maternam ANNAM
Schlorffs. Ut primum nato prospexerunt parentes
providi de regeneratione, quâ cœlestium contuber-
nio, ceteroquin illo exclusus, adnumeraretur. Dein
vero etiam eximiè probeq; educandum, quin initio
studii

studiis quoq; literarum adsefaciendum curarunt. Statim proinde à teneris bonis artibus assuetus, futuræ sapientiæ tyrocinia cepit, cùm publicorum in schola triviali, tūm privatorum Præceptorum diligentí opera fideliter in pietatis ac humaniorum literarum exercitiis eruditus. Jactis hoc modo in re literaria solidis fundamentis; anno 1658, mense Mayo, consentientibus Parentibus suis Lüneburgum missus, inspectio- ni curæq; Reverendi DN.HINRICI Haselmann Verbi divini ibidem præconis fuit demandatus; quo moderatore per biennium Scholam Johanniticam frequen- tavit. Absolutō bienniō ampliorem studiorum mercatum in Hildesheim gestiit visitare; quo animadverso haud impigrum suis studiis adjecit calcar. Commora- tus autem illic locorum, singulari Dei providentia, lau- tam quandam conditionem subiit, qua ipsa nutritus non leve sumptuum compendium instituit. Certissi- ma enim alebatur spe atquè fiducia, Deum ter Opt.M. peregrinis in locis quam maximam de ipso habiturum curam; Noverat quoq; ubiq; locorum non fruges, sed la- borem & sudorem consumere natum, semper ali: pro- ut ipse ad quintum usq; annum in Hildesheim largissi- mè fuit sustentatus! Tandem Anno 1665. Parentibus id jubentibus, Wittenbergensum Academiam petiit, ubi sese totum studiis macipavit, atq; Collegia tām Theologica quam Philosophica, Excellentissimorum DN. Professorum auspiciis, indicata absolvit; præ- euntibus

euatibus leil. Viris Rev. & Ampliss. DN. ABRAHAMO
CALOVIO, Theologiæ Primario D. DN. JOHANNE
MEISNERO, Theol. Dr. & P. DN. JOHANNE AN-
DREA Quenscheden / Theol. P. DN. iridem JOHAN-
NE Deutschmann / Theol. P. & DN. ÆGIDIO Strau-
ßen / D. & P. P. Ut vero eruditioñis suæ specimen aliquod
ederet in lucem; Anno 1666. 13. Martii sub præsidio M.
MICHELIS WALTHERI tunc temporis Philosophiæ
Adjuncti, nunc autem Mathematum superiorum P. P.
Disputationem publicam ex Pneumaticis, de natura
& Constitutione Disciplinæ Pneumaticæ, habuit; ac in-
super sèpius publicè opponendo insignem reportavit
gloriam. Contigit autem ut beatus noster MEIERUS li-
teris quibusdam à DIETERICO Besten Quæst. Svecor.
sollicitaretur ad iter domum repetendū, quò filium su-
um politissimum JOHANNEM Besten / (quem ante-
hac non abs singulari in studiis profectu informarat)
informationi ulteriori Dn. Magistri p. m. demandaret.
Annuit hisce petitis noster piè defunctus, atq; Anno
1666. mense Julio Wittebergà discessit, finitimas insi-
mūl regiones perlustrando, attigit Verdensem distri-
ctum; unde dictum illùm Juvenem JOHANNEM
Besten / secum Rostochium duxit Anno 1666. die 6.
Octob. Verum enim verò neicum laborum finis atq;
scopus subsistere poterat; curriculum vitæ & studio-
rum neicum absolutum; proinde usus adhuc infor-
matione DN. Professorum sub præsidio Celeberrimi
DN.


DN. D. AUGUSTI VARENII, Anno 1667. die 16. Maii
Disputationem quandam Theologicam in se suscepit;
atq; deinceps ut plurimum usus informatione omni
honoris cultu prosequendi D. VARENII cum in Theo-
logicis, tum in Hebraicis. Anno autem illo 1667. honori
& famæ Nostri pie defuncti optimè cupiente die 19.
Novemb. consensu totius Facult. Philosophicæ Rosto-
chensis, Magisterii titulum, in studiorum antehac edi-
torum commendationem, solenniter est adeptus.
Quod ipsum tam fervidum eum reddidit, ut collegiis
inde privatim habitis, & Disputationem quandam Philo-
sophicā de Anima non ita pridem publicā de Cathedrā
defenderet. Sed qualis deum studiorum suorum
exitus? Morbus & mors. Invaserat namq; eum vel ipso
non opinante virium quidam languor, ægritudinem
quandam Hypochondriacam minitans, quem etiam
periculosus insecutus est morborum occursus, Catar-
rhos quam maximè suffocativos inferens. Hic quan-
tumvis nihil singulari Excellentiss. DN. D. BACMEI-
STERI industria intentatum, quod fistendis defluxi-
bus istis prodesset, relinquetur; ipse tamen curandæ
animæ magis sollicitus, cælesti epulo die 4. Octob. ad-
ministrante illud Plurimum Rever. Viro JOACHIMO
LINDEMANNO Archidiacono Mariano Vigilantiss.
animam refecit, ac deinceps omnium tentiens virium
defictum divinæ voluntati sese committens, fatalem
expectavit terminum, qui die sequenti s. circa 6. matu-
tinam,

tinam, instans, mortalitate eum exemit, & ad æternas cœli delicias placidissime dimisit. Hactenus piæ defuncti, hismet ipsis, quibus manibus insinuata est noſtris (neq; n. quinquā ſedit mutare) contexta verbi hiftoria. Nos parentū ptimorū impensè vicem dolemus; ut qui vitæ non minūtum ſubſidium luæ, ſenectæq; ſi qua fuifet, fidifſimū tibicinem, magnam deniq; rerum ſuarum ſpem amiferint. Cum ipſo met ceteroqui ſic latis bellè actum eſt. Enimverò iſti rerum humanarum turbines, & ille fortunæ luſus, quem nimis pertinaciter cum plerisque mortalium ludit, faciunt, uti non male cum iis actum videarur, qui ſe tempeſtivè ſubtrahere negociis hominum, atq; exire de vitâ iſta penitus poſſint. Sed id argumentum alibi prolixius pertractare meminimus. Nunc faltem, quia hodiè **FUNCTIONE** parabuntur exequiaz, **CIVES** nostros **ACADEMICOS**, uti frequentes in furere compareant, ſeriò ſed loq; monemus. Debetur id genus officii atq; benivolentiæ ipſi efferendo, ceu ordinis nostri **VIRO**; publico honorum gradu in signi, literisq; probè excuto; debetur ipſis etiam parentibus, qui hanc ratione dolorem quodammodo ſuum mitigabunt, bellèq; vicissim de nobis merendi nullam temerè præterlabi occaſionem.

patientur.

*P.P. ſub ſigillo Rectoratus, ipſo DIONYSII
die, s. e. g. Octobr. 1668.*

Convenierunt in Aede MARiana, horâ I. pomerid.












Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770475051/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770475051/phys_0016)



DN. D. AUGUSTI VARENII,
Disputationem quandam Theo-
atq; deinceps ut plurimum usu
honoris cultu prosequendi D. V. A.
logicis, tum in Hebraicis. Anno au-
& famæ Nostri piè defuncti op-
Novemb. consensu totius Facul-
tatis Chienensis, Magisterii titulum, in stu-
torum commendationem, sol-
Quod ipsum tam fervidum eum
inde privatim habitis, & Disputatio-
nem sophicā de Anima non ita pridem
defenderet. Sed qualis demum
exitus? Morbus & mors. Invaser-
non opinante virium quidam la-
quandam Hypochondriacam n-
periculosis insecutus est morbo-
rhos quam maximē suffocativos
tumvis nihil singulari Excellentis
STERI industria intentatum, q-
bus istis prodesseret, relinquetur;
animæ magis sollicitus, cælesti ep-
ministrante illud Plurimum Reve-
LINDEMANNO Archidiacono
animam refecit, ac deinceps om-
defctum divinæ voluntati sese co-
expectavit terminum, qui die sequi-



the scale towards document

die 16. Maii
se suscepit;
tione omni-
um in Theo-
567. honori-
ente die 19.
hicæ Rosto-
nre hac edi-
st adeptus,
ut collegiis
ndam Philo-
e Cathedrâ
n suorum..
um vel ipso-
ritudinem
uem etiam
sus, Catar-
Hic quan-
BACMEI-
dis defluxi-
n curandæ
Octob. ad-
DACHIMO
Vigilantiss.
ens virium
fatalem
ca 6. matu-
tinam,